

## Werk

**Titel:** Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

**Autor:** Merian, Maria Sibylla

**Verlag:** Oosterwyk

**Ort:** Amstelædami

**Jahr:** 1717

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN476830389

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

**LOG Id:** LOG\_0076

**LOG Titel:** XIX. Flos tinctorius

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

retro duobus adhuc pediculis constat, tacta multum Agitur, Julio mense in aureliam fuscam immutatur, decursu quatuordecim dierum phalænula capite, cornulis, pediculis, & alis superioribus hepatico, cum lineolis fuscis, inferioribus autem alis cinereo, colore tinctis constans indè prodiit, humilis in gramine volatus ejus est.

XVIII. *Milii folium terrestre florens.*

**H**Occe flori superius insidens animalculum in acetosâ quoque reperitur, nigri coloris est, sex constans ungviculis, sub finem Maii flavam in aureliam immutatur capiti canino non absimilem, elapso quatuordecim dierum intervallo, scarabæolus indè niger erumpit, qualis humi currens exhibetur.

Ex alterâ parte animalculum exile reperit humi, quod in gramine reperi, ejusdem cum pediculis, coloris est, in fine Junii scatulæ operculo firmiter adhæret, in quâ illud enutriebam, convoivebatur aliquantulum, fuscum, duriusculumque factum, elapsis duodecim diebus indè scarabæolus ruber, punctisque nigris aspersus exiit, qualis unâ humi exhibetur.

XIX. *Flos tinctorius.*

**I**Nferius ad dextram viridi folio viridis insidet eruca, cujus per dorsum recta nigricans, inferius autem ab utrâque parte alba decurrit linea, tacta jacet aliquot horis immobilis, in medio Junii texturam quadrangulari modo perforatam, piscium reti similem, conficiebat, tacta violento motu agitur aurelia, sub initium Julii è lucido viridis, albas & ex atro virides obliquè per alas decurrentes lineas gestans, inde phalænula prodiit, in volando celerrima.

Ad sinistram cerasi folium humi jacet, cui nigricans insidet eruca qualibet in incisone superius cærulea duo, fasciculo pilorum exornata coralliola gestans, hujus, cum capite, ungviculi sex, octo medii, duoque postici pediculi flavo ochræ colore tincti sunt; in fine Junii cinereâ sibi texturâ paratâ fuscâ in aureliam immutatur nigris in capite pilis obsitam, in medio Julii fulva lineis fuscis virgata prodiit indè phalæna,

cujus cornula plumas referunt , uti superiùs est videre..

XX. *Plantago minor florens.*

**L**ongæ è lucido viridis crucæ pabulum est hæc herba, albis per corpus virgata lineis, ac quâlibet in incisione lineâ albicante condecorata est, sub finem Junii fuscæ in aureliam immutatur, in Augusti principio phalænula, cujus alæ superiores albæ lineis nigricantibus exornatæ, alæ verò inferiores cinereo, oculi cornulaque nigro colore tincta sunt, vespere volitans indè producit. Hujusmodi longos vermes in terra reperi, acaros colore referentes capite constabant nigricante, eos in finem usque Junii conservavi, ubi fulvas in aurelias immutabantur, in medio Julii qualibet ex aureliâ fusca, translucidis alulis, quatuor ad currendum pediculis, & à retro duobus adhuc rectâ extensis instructa musca producta fuit.

XXI. *Lilium aureum.*

**H**ujus generis crucas in hoc flore reperi, superiùs fuscas, nubilis virgatas lineis inferiùs flavas, ungviculis, & pediculis similibus instructas, in finem usque Junii eas enutrivimus, ubi hepatici coloris aurelias immutabantur, in Augusti medio è lucido, & obscuro fusca prodiit indè phalænula, vespere volitabat.

Inferiùs rotunda quatuor minii rubro colore tincta animalcula folio superjacent, qualia super hisce liliis inveni, foliis viridibus infident invicem sibi juncta, & ex iis succum viridem fæculentum extrahunt, in hocce recondita jacent, ne conspiciantur, in aurelias rubras ea mutari, quales paulò superiùs folium aliquod exhibet, animadverti, unde rubicundi producuntur scarabæoli, proximè appicti, manu clausâ auribus admoti curiosè pipiunt, ova pariter rubra, ac ordine quidem lineatimque pariunt, uti paulò superiùs in folio videre est, ex quibus tandem iteratò talia, qualia priùs fuerunt, animalcula prodeunt.